Aphorismi
Politici et Militares
L. DANÆI.
explicati mille et
amplius exem
plis.
in uſum
TOGATUM
et
SAGATUM.
Lugduni Ba
tav.
ex
officina Jacobi Marci
An°. cIↄ Iↄc XXXIX

Al Colegio de Cuenca

APHORISMI POLITICI ET MILITARES

Ex diverſis Auctoribus Græcis & Latinis

Per LAMBERTUM DANÆUM COLLECTI;

Nuperis annis ab EVERARDO BRONCHORST, exemplis illuſtrati:

Quibus modò in hac nova editione acceſſere SEXCENTA *ferè alia,*

Ex recentioribus Hiſtoriographis Germanis, Gallis, Hiſpanis, Italis, Anglis, Belgis excerpta,

Cum Syllabo Auctorum.

LUGDUNI BATAVORUM,
Ex Officina JACOBI MARCI.

CIↄ Iↄ C XXXVIII.

Cum Privilegio.

Illuſtri Viro

Sua Virtute ad PRINCIPUM amicitias evecto, Domino

CONSTANTINO HUGENIO,

Equiti, Domino in Zuylichem,

Celſiſſimo Arauſionum PRINCIPI à Conſiliis & Secretis, &c. plur. felic.

SVpra humanitatem Tuam erat, Illuſtris Vir, quando ſuperiori anno tam benignas mihi in primo alloquio aures præbebas; nec tantum id, verum tanquam meritum Celſiſſimo Principi inſinuabas, ut in numerum eorũ relatus ſim, quos Principis liberalitas ad bonæ promotionis ſpem evehere poteſt, idq; à TE multũ potente pario exſpectare mihi eſt in proclivi. Penes te eſt æſtimemiſi, quem voles extollere, mihi perpetui gloria obſequii relicta eſt. *Licet vero curtã meã* ſupellectilem non ignorem, non tamen oportuit me pro tanto beneficio, quia æqualem non poſſum, nullam gratiam reponere. *Species ingratitudinis eſt celare favorem, quem à Patronorum benignitate recipimus:* ea propter ne tanti vitii (cujus ſum oſor) me participem faciam, venio ad Tuam Dignitatem, pleno ore confitens ob accepta merita Tibi me obligatiſ-

LVGDVNI BATAVORVM,

Ex Officinâ IACOBI MARCI.

CIↃ IↃCXXXIX.

APHORISMI

POLITICI

EX THVCYDIDIS

Hiſtoriæ libro I.

Cicero. Thucydides brevis eſt, ſubtilis, acutus, ſententijs magis, quam verbis abundans.

Demoſthenes octies deſcripſit Thucydidem. & Carolum V. Imp. Thucydidis opera in Lingua Gallica aſſidue lectitaſſe ferunt.

LAMBERTI DANÆI

SVCCIDANEA OPERA.

1 INTER populos vicinos creſcens nimiùm vnius potentia primùm parit inuidiam, ac deinde bellorum cauſas ac ſemina, quæ variis aliis honeſtiſq; cauſſis tamen prætexuntur.

Invidia potentiæ Athenienſium creſcentis movit bellum Peloponeſiacum.

E. Belli Peloponeſiaci cauſa fuit hæc: Megarenſes prohibiti finibus ab Athenienſibus, conferunt ſe ad Spartanos, petuntque ut ſibi auxilio ſint: ut decretum illud Athenienſium aboleatur. Spartani Megarenſium cauſam ſuſcipiunt: ſed Pericles contra obnitens, obtinet Spartanis in hac